



8.27. num. 14
66

FRANCISCI GOEDERI KROHNII
I. V. L. ET ADVOCATI HAMBVRG.
COMMENTATIO IVRIDICA
DE
**BONORVM CONIVGES
INTER HAMBVRGENSES
COMMVNIONE,**

7401

Oder:
Von gemeinschaftlichen Gütern unter Ehe-
Leuten und deren besondern Rechte.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE M DCC L.




FRANCISCI GOFFERI RHONINI
ACADEMIA HAMBURGAE
COMMENTATIO IARIDICA
DE
BONORVM CONVIVIIS
INTER HAMBURENSSES
COMMUNIONE

1700
Sunt quinque libri in quinque foliis
quatuor libri in foliis quatuor



FRAUENSCHE ACADEMIA IN LIPSIÆ MDCCXI



PERILLVSTRI AC MAGNIFICO
S. R. I.
LIBERAE CIVITATIS HAMBVRGENSIS
S E N A T V I
VIRIS MAGNIFICIS
AMPLISSLIMIS CONSVLTISSIMIS
ET SPECTATISSIMIS
PATRIAEE PATRIBVS OPTIMIS
RERVM GERENDARVM ET PRVDENTIA ET DEX-
TERITATE VENERANDIS
C O N S V L I B V S
S Y N D I C I S
S E N A T O R I B V S
A R C H I V A R I O
P R O T O N O T A R I O
ET
S E C R E T A R I I S
HOC QVALECVNQUE EX PATRIO IVRE
SPECIMEN ACADEMICVM
EO QVO DECET ANIMI CVLTV
D. D. D.
FRANCISCVS GOEDER KROHN.

PERITVS STRI AC MAGNICO

S. R. I.

LIBERAE CIVITATIS HAMMURGENSI

SENATI

VIRIS MAGNIFICIS

AMPULLISINIS CONSULITISSIMIS

ET SPLECTATISSIMIS

PATRIAE PATRIBUS OPTIMIS

VERVM GERENDARVM ET PRAEPARANDARVM ET DEX-

TRITATVM AFNERNVNIS

CONSULIBAS

SYNDICIS

SENATORIBAS

ARCHIVARIO

PROTONOTARIO

ET

SECRETARIIS

HOC QVATICANAE EX PATRIO IURE

SCOTTORVM VGDICMV

10 QVOD DECRET. ANNII. QVARTA

TRIANGULARIS GOTDBER KLIN



DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
BONORVM
CONIVGES INTER HAMBVRGENSES
COMMVNIONE.

§. I.



O GITANTI mihi identidem de
uariis iuribus, quae, manu
quasi nobis a maioribus tradi-
ta, in multis Germaniae locis
adhuc obtinent; bonorum
illa inter coniuges commu-
nio eo saepius occurrit, quo frequentio-
rem eius usum in patria mea deprehendi.
Operaे igitur pretium me facturum esse ar-
bitratus, si, quae eius sit natura, et qui illi
hodie effectus in foro tribuantur, paullo ac-
curatius explicarem.

A 3

§. II.

§. II.

Quo arctius societatis uinculum inter coniuges intercedit: eo magis saluti eius consulitur, si omnia, quaecunque possident, bona inter illos ita communicentur, ut proprietas eorum pro indiviso ad utrumque pertineat. Nam, quamuis matrimonii foedus recte iniri possit sine ulla bonorum communione, nulli tamen societati magis, quam coniugali illa conuenit, quae multum et ad communem finem faciliter obtainendum, et ad alias uitae commoditates, reique publicae emolumenta conducit. (a) Et quid a se inuicem separatum in bonis habeant, qui omnis fortunae, uitae, laborum periculorumque socii sunt ac consortes?

(a) Varias eius utilitates exponunt DAVID MEVIVS comment. ad ius Lubecens. P. I. T. V. a. 5. n. ii. sqq. IO. SCHILTER. Exercit. ad ff. XLI. §. 76. IO. MAVR. WEYER de commun. bon. inter coniuges P. I. th. III. §. 1. add. b. KEMMERICH. diss. de communione honor. inter coniug. Memmingenses §. V. sqq.

§. III.

Nulli uero genti bonorum communio magis placuit, quam Germanis. Vti enim apud illos iam antiquitus ea inualuit, ita proce-

procedente tempore magis magisque usu frequentata est, ut usus eius tandem latissime per Germaniam pateret, et ubique fere coniuges bonorum inter se communione fruerentur. (b) Quam consuetudinem si re-
cte consideremus, merito illam Germanorum propriam esse pronunciamus, licet negari nequeat, antiquis temporibus Romanis, aliisque gentibus bonorum inter coniuges communionem haud plane fuisse incognitam.

(b) conf. IO. GOTTLIEB HEINECCI element. iur. Germ.
P.I.L.I.T.XII. §. 274.

§. IV.

Vt enim aliarum gentium hac de re leges, quas alii multo inuestigarunt studio, (c) mittamus, satis constat, apud Romanos primis temporibus ex lege Romuli inter coniuges bonorum communionem obtinuisse. Vxor sane, quae per confarreationem in manum mariti conuenerat, *sacrorum, bonorumque consors uocabatur*, et in defuncti mariti omnia bona, liberis non relictis, instar filiae succedebat. (d) Ex quo uero laxius esse coepit matrimonii uinculum, & confarreationis ritus apud Romanos exoleuit: *bonorum*

norum quoque inter coniuges communio ab usu recessit, et nullum eius uestigium in recentioribus Romanorum legibus occurrit.* Quin potius in illis maritorum uxorumque bona sollicite discernuntur. (e)

(c) Conf. LAMB. GORIS aduersar. iur. subcif. Tr. I. c. I. n. 13. sqq. ABRAH. A WESEL de connub. bonor. Societ. T. I. c. I. n. 5. DAV. MEVIVS ad ius Lubec. L. I. T. V. 3. 5. n. 13.

(d) DIONYS. HALICARN. antiqu. L. II. p. 95. n. 10. PLVTARCHVS T. II. quaeſt. rom. p. 265. et in praecept. coniugal. p. 143. CAIVS. ap. auctor. collat. LL. Rom. et Mosaicar. T. XII.

* Vocatur quidem in LL. uxor domina. L. 19. §. 1. ff. de annuis legatis L. 41. D. de legat. III. L. ult. §. ult. D. de auro argentoque legato. Vnde rerum omnium sociam illam a marito adicitam fuisse colligunt. GVIL. FORNERIVS L. I. Select. c. XI. Sed generatim uxores hoc elogio a uiris ornari solebant, uti inscriptiones docent ap. GRVTERVM DCCCVI. n. 4. REINESIVM Clas. XIV. inscript. 193. Vid. AEGID. MENAGIVS amoenit. iur. Ciu. cap. XXV. Reliquae iureconsultorum loquitiones, quae bonorum quandam inter coniuges communionem indicare uidentur, de antiquo Romano iure intelligendae, et ex recentioris iuris sensu et usu explicandae sunt. SAM. STRYK in V. M. Pandect. de Ritu nuptiar. §. 92. 93.

(e) vid. L. 31. pr. D. solut. matrim.

§. V.

Antiquissimam esse apud Germanos bonorum inter coniuges communionem, satis uete-

ueterum testimonia euincunt. Huius quidem moris expresse uestigia in TACITI de *moribus Germanorum* libello non occurunt, licet alii eius fundamentum apud auctorem illum grauissimum se reperisse uideantur. (f) Attamen eo minus dubitari potest, quin iam TACITI aetate bonorum communio inter coniuges uiguerit; quo tenuiores tunc temporis Germanorum erant facultates. Nihil enim uxor marito tum adferebat, praeter equum, scutum cum gladio frameaque, et aliquot pecora. (g) Non obscure hoc de Gallis IVLIVS CAESAR confirmat, ubi de pecunia, a coniugibus collata, loquitur. (h) *Huius, inquit, omnis pecuniae coniunctim ratio habetur, fructusque seruantur. Vter eorum uita superarit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit.*

(f) HVGO GROTIUS in *antiqu. reip. Batau. cap. II. III. I. H.*
BOEHMER in *diff. de aeris alieni inter coniug. Hamburg.*
communione §. VI.

(g) TACITVS de *moribus Germ.* c. XVIII.

(h) L.VI. de *Bello Gallico* cap. XIX.

§. VI.

Veterum Germanorum populorum leges si inspicimus, plerisque incognitam fuisse

B

coniug-

coniugalem bonorum societatem facile potest intelligi. Quanquam enim WISIGOTHI aquaestum inter coniuges communem esse statuant, (i) quibuscum FRANCORVM fere mores conspirant, (k) et SAXONVM leges semissem ex acquaestu viduae adsignent; (l) tamen in legibus reliquorum populorum Burgundionum, Alamannorum, Boioariorum, Anglionum, Frisiorum et Langobardorum nihil, quod ad illorum bonorum communionem pertineat, occurrit.

(i) *Lex Wisigothor.* L. IV. T. II. §. 16.

(k) *Lex Ripuar.* T. XXXVII. §. 2.

(l) *Lex Saxonum.* T. VIII.

§. VII.

Quemadmodum uero leges antiquiores pleraque de communione inter coniuges silent, aut de acquaestu tantum coniugali loquuntur; ita posterioris aei monumenta de usu communionis bonorum in Germania luculenter testantur. Omnes sane consuetudines, quae medio inualuerunt aeuo, et in Speculis postea collectae sunt, mirum in modum inter se conspirant, ut dubitari nequeat, quin communis omnibus Germanis illa bonorum fuerit communio. Hinc gene-

generalis illa iuris Germanici regula, quam tradit REPCOVIVS in IVRE SAXONICO PROVINCIALI L. I. a. XXXI. *Mann und Weib haben nicht gezweiet Gut zu ihrem Leibe.* Eandem inculcat IVS PROVINC. SVEVICVM cap. XLVI. *Mann und Weib müssen nicht gehabent Gut gezwayet; et cap. XXXIV. Stirbt einer Frauen ihr Mann: sie bleibt in des Mannes Gut ungetheilet mit ihren Kindern.*

§. VIII.

Quum omnes Germani medio aevo illis uixerint moribus, qui in duobus illis speculis collecti sunt: facile intelligi potest, bonorum communionem in tota Germania usu receptam fuisse. Vnde ad illos etiam Germaniae populos penetrauit, qui antea illam ignorarunt. (m) Ex quo fieri non potuit, quin ius illud in plerasque leges Germanicas prouinciales et statuta migrarit, quam primum illa in ciuitatibus condi cooperunt. Quo amantiores enim patriarchum consuetudinem erant ciuitates: eo religiosius bonorum inter coniuges communionem cum reliquis iuribus retinebant.

(m) Conf. HEINECCIVS in Elem. Iur. Germ. L. I. T. XII. §. 274.

B 2

§. IX.

§. IX.

Mansit ergo iuris huius custodia in variis Germaniae regionibus, nec, recepto iure Romano, sublata est. Sic bonorum communio obtinet non solum in Belgio uniuerso (*n*) et Prussia, (*o*) sed etiam in Marchia, Silesia, Lusatia, Westphalia, Ducatu Würtembergico, in quibus terris variae antiqui iuris reliquiae supersunt. (*p*) Seruant in primis eam ciuitates Lubecensis, Coloniensis, Luneburgensis, Bremensis, Hildesiensis, Bilefeldensis, Mindensis, aliaeque complures, quarum Statutis bonorum inter coniuges communio stabilita est.

(*n*) CONSTIT. ANTVERP. L. XLI. art. 67. sqq. CONSTIT. BRUXELL. a. 237. CONSTIT. MECHLIN. T. XVI. a. 22. T. IX. a. II. ZYPAEVS in not. Iur. Belgic. Tit. de iure dot.

(*o*) IUS PRVTEN. L. I. T. XXV. IUS CVLM. L. I. T. I. L. III. T. X.

(*p*) Conf. HEINECCIUS in elem. Iur. Germ. L. I. T. XII. §. 275. Ill. BOEHMER in diss. de aeris alieni inter coniug. Hamburg. communione §. 5.

§. X.

Inter illas ciuitates, quae iuris patrii, incorrupte seruati, laudem sibi prae caeteris vindicant, non ultimum locum Hamburgum tenere, nemo est, qui nesciat. Quid igitur mirum,

mirum, iam ab antiquo tempore bonorum inter coniuges communionem in illa obtinuisse, et etiam nunc uigere? Haec enim uti uetusmaiorum instituta, quoad per temporum et Reipublicae rationem fieri potuit, summo semper studio retinuit, ita iurium Saxoniorum, quibus a primis inde incunabulis usa est, tenacissima fuit. Atque iure Saxonico coniugalem bonorum societatem comprobari, supra ostendimus.

§. XI.

Auctor est HELMOLDVS, (q) Nordalbingiam, in qua urbs patria sita est, iura Saxonica semper coluisse, quae hodienum in Holsatia (r) et terris Lauenburgicis (s) pro lege habentur. Nullum igitur dubium est, quin e iuris Saxonici fontibus maximam partem Statuta Hamburgensia profluxerint, quod insigni reconditae doctrinae apparatu Vir celeberrimus MICHAEL RICHEY, praeceptor quondam noster uenerandus, in historia Statutorum Hamburgensium luculentius demonstrauit. (t) Huius rei fidem quoque faciunt uaria Hamburgensium iura, quae originis sunt Saxonicae, et leges inter se conuenien-

uenientes. (u) Quin, deficientibus statutis et prouinciali nostra lege, ius Saxonicum in subsidium ad causarum decisionem uocari, Vir quondam amplissimus MATTHAEVS SLÜTER, iurium Doctor et Reipublicae patriae Senator meritissimus, probatum dedit. (w)

(q) L. I. Chron. Slauor. c. 47. apud LEIBNITIVM T. II. script. rer. Brunsic. p. 577. *Tres autem, inquit, sunt Nordalbingorum populi, Sturmarii, Holstati, Thetmarzi, nec habitu, nec lingua multum discrepantes, tenentes Saxonum iura.*

(r) Hoc docet, *Vertrag König Christiern und Hertog Friderich des Ersten im Closter Bordisholm de anno 1522. idt schall ock im Hertogdom tho Holsten na even olden Gewohnheiten und Statuten, oder na den SACHSEN-SPIEGELL gerichtet und geordelt werden. It. Die LANDGERICHTS-ORDNVNG de a. 1573. uerbis: In Mangel einer beständigen rechtmäßigen Gewohnheit soll vermöge der Landes-Priuilegien geurteilet werden nach SAECHSISCHEN RECHTEN. In nouiss. ord. Prouincita sanctum est. Soll nach dem Sachsen-Recht dergestalt, wie wir dasienige, so der Vernunft und Billigkeit conform, auch unsren Fürstentümern am nützlichsten seyn wird, extrahiren und abfassen zu lassen im Wercke begriffen, geurteilet werden. Conf. IOACH. DE FRICGII obs. juris Holsat. §. II.*

(s) Vid. vir illuſtri. ESATAS DVEENDORFF in *introductione in process. ciu. Elect. Brunsu. Luneb. P. III. c. XXII. §. 17.*

(t) cap. III. §. 3.

(u) Exempla esse possunt oppignorationes et resignaciones iudiciales rerum immobilium, uulgo *Verfassungen*, quae Hamburgi solenniter obtinent, et ex Jure Saxonic

nico

nico originem ducunt, quarumque antiquitates nuperime eleganter eruit Clariss. V. C. GRYPEN in den Teutschen Altertümern zu Erläuterung des Sächsischen Rechtes cap. I. Conf. a. VII. T. II. P. II. Statut. Hamburg. cum artic. 60. L. II. Jur. Prou. Saxon. nec non a. IV. T. I. P. III. Stat. Hamburg. cum a. 34. et 52. Jur. Prou. Sax. quae adeo inuicem conueniunt, ut in antecedenti exemplo ipsa fere, retenta sint uerba iuris Saxonici in nostris Statutis, in hocce posteriori autem dispositio ipsa.

(w) in tr. vom Erbrecht der Eheleute in prooem. §. 115. sqq. et T. II. et III.

§. XII.

Quod, introductis in Germaniam iuribus peregrinis, Romano scilicet et Canonico, legibus moribusque Germanicis accidit, ut multum illis peregrini admiseretur, id doctrinae quoque de communione bonorum contigit. Sane uti ius ciuile effici ait VLPIANVS, (x) si quid iuri naturae additur, uel detrahitur: ita tantum ex iure Romano uel adiectum, uel detractum est illi doctrinae, ut non sincerum ius Germanicum, sed nouum fere appareat.

(x) in l. 6. D. de Iustit. et Iure.

§. XIII.

Quantus iurium Germanicorum de communione bonorum inter coniuges sit con-

centus, satis ex superioribus intelligi potest. Vnde hanc in Germania regulam recte poni arbitramur: *inter coniuges bonorum uigere communionem, nisi, sublato iure patrio, peregrinum in hoc argumento primas tenere constet.* Hac autem constituta, illud quoque consequitur, ut ex iuris Germanici principiis quaestiones, ad coniugalem bonorum societatem pertinentes, decidenda sint, nisi quid ad iuris ciuilis normam in hoc argumento accommodatum, aut statutum.

§. XIV.

Ante uero, quam rei caput adgrediamur, placet, lectorum in rem praesentem deducere, et generatim bonorum communionem definire, ut facilius, qualis apud Hamburgenses obtineat, possit intelligi. Est itaque illa *condominium*, quo utriusque coniugis bona, constante matrimonio, ab utroque pro indiviso possidentur.

§. XV.

In condominio autem utriusque coniugis uel uniuersa coniugis utriusque bona, praesentia et futura, quae alienari possunt, existunt, ita, ut nihil inter eos diuiduum sit, sed

sed unicum et indiuisum patrimonium constituantur, * uel ea tantum, quae constante matrimonio sunt adquisita, communicantur. Ex quo patet, communionem bonorum in uniuersalem et particularem, quae acquaestus coniugalis, seu *Errungenschaft* appellatur, recte dispesci. (y)

* Hinc bona coniugum uocantur *gesamtes Gut*, IVS LV BEC.
L. I. T. V. a. 6. uel *gemeines Gut*. L. II. T. II. a. 26. 28.

(y) Ill. IOH. RVDOLPH ENGAV elem. Iur. Germ. L. I.
T. XVI. §. 372.

§. XVI.

Olim quidem mores Germanorum ita ferebant, ut omnia bona inter coniuges essent communia, id quod aperte omnium sermone tritae paroemiae (z) et textus iuris Saxonici et Sueuici, supra adducti, demonstrant. At temporis successu multis in locis bonorum communio ad coniugalem acquaestum, aut certum bonorum genus est restrieta. Hinc alibi particularis bonorum communio uiget, u. g. in terris Bauaricis, Baden-sibus, Würtenbergicis: (aa) alibi uero universalis in usu est, quam LL. Slesuicensium, Eiderstadensium, Tonningensium et aliarum ciuitatum inculcant. (bb)

C

(z) Tales

- (z) Tales sunt *Leib an Leib, Gut an Gut, längst am Leib, längst am Gut, Mann und Weib haben nicht getrennt Gut*; de quibus HERTIVS Paroem. *Iur. L. I. §. 69.*
 (aa) WEHNER obs. pract. uoce: *Gut, ANTHON. MATTHAEI Paroemnia II. Hut bey Schleyer und Schleyer bey Hut,* de qua WERNER diss. singulari egit.
 (aa) uid. CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNI diss. de communione bonorum coniugali §. III. p. 21.
 (bb) uid. b. KEMMERICHI diss. de societate bonor. connubiali secund. statuta Memmingensia.

§. XVII.

Quandoquidem bonorum communio nihil aliud est, quam condominium: unusquisque intelligit, neutram partem sine alterius consensu quidquam de bonis communibus donare, aut alio quounque modo alienare posse. Sic ius Feudale Alamannicum: (cc) *Ein Weib mag ihres Gutes nichts hingeben ohne des Mannes Willen, noch ein Mann ohne des Weibes Willen.* Hinc quoque liquet, cum in donationis, permutationis et uenditionis tabulis uxoris, uel mariti consensus nominatim sit expressus, quod ex innumeris chartis et diplomatis probari posset, si res postularet. Ut uno alteroue exemplo hoc illustrem, in uxoris donatione mariti consensus, et in alienatione, a marito facta, uxoris consensus interponitur in charta apud Per-

Perillustrem Camerae Imperialis Assessorem
 VALENTINVM FERDINANDVM DE GV-
 DEN. (dd) Apud eundem Sophia Wildun-
 gensis alienationem castrii et possessionum,
 a marito suo se inuita factam, impugnat,
 irritamque declarat. (ee) Vti enim libero-
 rum, seu heredum consensus olim in aliena-
 tione ideo requirebatur, quod illis bono-
 rum competebat condominium: ita eandem
 ob causam uxoris consensum ad alienatio-
 nem accedere debuisse, manifestum est.

(cc) cap. 40.

(dd) in *Codice Diplomat.* p. 124. et 125.

(ee) in *Codice Diplomat.* CCXLVIII. Alia exempla uide
 ap. HAHNIVM in *collectione monumentorum veterum* P. I.
 p. 92. et MENCKENIVM *script. Rer. Germ.* T. I. p. 710.
 723. n. 94.

§. XVIII.

Quumque pro indiuiso iure condominium
 omnia utriusque partis bona posideant con-
 iuges, fieri non potest, quin uterque eorum
 ad aes alienum, ab alterutro contractum,
 soluendum obstrictus sit. Hoc sane ipsa con-
 dominii, seu communionis bonorum indi-
 les et natura requirit, ut commune inter
 eos sit aes alienum, qui communiter lucrum

C 2

ex

ex bonis communibus percipiunt. Et quum marito adquiratur constante matrimonio, quidquid uxori adquiritur, et uxori, quod marito, et quae mariti fuerunt, etiam uxoris sunt: aequum est, utrumque ad nomina expungenda in solidum obligari. Recte ergo IVSTVS VERACIVS: (*ff.*) *superstes*, inquit, *tenetur soluere aes alienum*, quod coniux alter *contraxit*, *quocunque nomine et causa*, quamvis *superat alteram partem*. *Vnius enim dominium fuerat idem, quam alterius et cuiusque in solidum*. Quod licet prodigii simile uidetur, si rem ex iuris Romani principiis aestimes: iuri tamen Germanico optime congruit. Firmant id ipsum STATVTA COLONIENSIA, in quibus ita sancitum est: *Welche Schuld ein Mann besonder macht, oder der Mann mit dem Weibe sämtlich machen, oder gemacht hätten, dieweil sie als Eheleute sitzen, geräst und geruhet, unterscheiden und ungeteilet, die Schulden sollen sie von ihren Gütern zusammen bezaleu.* Soluto igitur matrimonio, tamdiu bonorum communio continuatur, donec diuisio bonorum cum liberis facta est, ideoque ante omnia aes alienum ex indiuiso patrimonio debet dissolui. Facta autem diuisione, aeris alieni com-

communio exspirat. Atque hoc iure etiamnum in patria utimur. (gg)

(ff) in *Conspect. Bamberg.* P. II. qu. 1. sqq.

(gg) *Stat. Hamburg.* P. III. T. III. a. 1. uid. BOEHMER. diss.
de commun. aeris alieni inter coniug. *Hamburg.* §. 22.

§. XIX.

Oritur autem bonorum condominium inter coniuges ex matrimonio legitime contracto, quod bonorum communionis fundatum est. (hh) Quare, uti moribus Germaniae tunc matrimonium censetur legitime contractum, si torum conscenderint coniuges, (ii) ita nulla constituitur bonorum communio, nec, quod eius consequens est, aeris alieni communicatio intelligitur, si uel maxime solenni benedictionis sacerdotalis ritu matrimonium fuerit celebratum, quippe qui ad effectus matrimonii ciuiles consequendos non sufficit. (kk) Quin ne post tori quidem concessionem, alicubi locorum bona inter coniuges communia habentur, nisi sobolem procrearint, (ll) aut per annum et diem cohabitarint. (mm)

(hh) Hinc formula: *Der Bräutigam freiet der Braut zu Haus und Hoff,* quae in paetis dotalibus rusticorum in Ducatu Luneburgico admodum frequens est, et nihil aliud,

aliud, quam bonorum communionem significat, uti
Vir Perill. FRID. ESAIAS PUFENDORFF obseruat in
obs. iuris uniuersi obs. XXVIII. §. 7.

(ii) SPEC. SAX. L. I. art. 45. et L. III. art. 45.

(kk) uid. HEINECGII Elem. iur. germ. L. I. T. X. §. 212. sqq.
CAROL. A MEAN *iur. Ciui. Leod. P. I. obs. 51. n. 7.* BÖH-
MERI *diff. cit. §. 33.*

(ll) REFORM. FRANCOFVRTANA P. II. T. III. §. 5. IV
PROVINC. WÜRTEMB. P. IV. T. II.

(mm) uid. ABRAH. A WESEL de connub. bon. societ. *Tract. I.*
p. 10.

§. XX.

Quae bonorum communio[n]is sit natu-
ra, et quae ex illa secundum iuris Germa-
nici principia consequantur, satis pro insti-
tuti nostri ratione ha[ec]tenus ostendimus.
Iam supereft, ut, quae iure Hamburgensi de
illa statuta sunt, exponamus, et quaestiones
quasdam, in foro maxime agitatas, persequa-
mur. Primo uero omnium notandum est,
nullam extare sanctionem in Statutis Ham-
burgensisibus, quae bona inter coniuges com-
munia disertis uerbis loquatur. At, si ea,
quae ex bonorum communione efficiuntur,
in illis statutis probantur et inculcantur, uix
potest de communione bonorum, in patria
urbe recepta, dubitari. Quidni recte ab
effectibus alicuius rei ad ipsam rem argu-
men-

mentemur? Huius igitur iuris fundamen-
tum in Statutorum P. II. T. V. a. 10. et T. XI.
a. 13. et P. III. T. III. a. 1. 4. 6. et 8. traditur, (nn)
quibus in locis ea tantum constituta sunt,
quae non possunt non ad effecta bonorum
communionis pertinere. Nam, quum omnia
coniugum bona creditoribus obligantur,
nec, sublata communione, coniuges illata,
sed portionem statutariam recipiunt: non
possumus non adfirmare, communionem
bonorum in nostra ciuitate uigere. Lucu-
lenter hoc comprobat Reclusus Windis-
graecensis de a. 1674. artic. 67. cuius uerba
ita se habent: Nachdem auch in artic. 10. T. V.
P. II. Hamburgischen Stadt-Rechtens ausdrücklich
versehen, daß der Frauen Güter für des Mannes
Schulden, in stehender Ehe gemacht, den Glaubi-
gern gehalten seyn sollen, ist solcher Articul der
Frauen Güter halber dahin elucidiret und erklä-
ret, daß, wie hiebevor, also auch ins künftige
von allen der Frauen Gütern, sie seyn in die Ehe
erweislich eingebracht, oder nicht, ohne Unter-
scheid, Vorbeding oder Reservat, für des Mannes
Schulden, so in stehender Ehe gemacht, absolute
hasten, und denen Creditoribus verpfändet seyn.

(nn) Sunt

(m) Sunt autem citati statutorum articuli sequentis tenoris : P. II. tit. V. art. 10. Wiewohl nach gemeinen beschriebenen Kayserlichen Rechten die Ehe-Frau ihres eingebrachten Braut-Schatzes megen, und daher rübrenden stillschweigenden Verpfändung, in ihres Mannes Gütern vor allen andern Creditorn, ob die gleich ältere stillschweigende Verpfändungen hätten, vorgezogen werden : So wollen wir doch, zu Handhabung gemeinses Nutzens, Trauens und Glaubens, und zu Beförderung der Handthierung, auch weil es hiebevor in dieser Stadt üblich also gehalten worden, biemit geordnet haben, daß die Frauen, ihres eingebrachten Braut-Schatzes halben, in ihres Mannes Schulden, so in stehender Ehe gemacht, nicht allein keinen Vorzug haben, sondern daß auch derselbe Braut-Schatz, wie dann imgleichen alle andere ihre in stehender Ehe angeerbté Gütere, vor ihres Mannes Schulden gäntzlich haftten und gehalten seyn sollen. Was ihr aber nach ihres Mannes Tode, oder auch, nachdem derselbe entwichen, stirbet, dessen hat sie billig samt ihren Kindern zu geniessen, und haben ihres Mannes Creditorn keine Forderung oder Anspruch daran, es sey dann, daß sie sich anders verschrieben. P. II. Tit. XI. art. 13. Werden nach des Ehe-Mannes Absterben die nachgelassene Güter mit Schulden-Laft beschweret befunden, so bleibt der nachgelassenen Wittwen eingebrachter Braut-Schatz vor die Schulde, die in stehender Ehe gemacht seyn, verbunden. P. III. Tit. III. art. 1. So zwey Personen in dem Ebestand zusammen treten, und mit einander Kinder zeugen, stirbet nach dem unandelbabren Willen des Allmächtigen ihrer beiden eins, alle Erb- und Güter fallen auf den längst-lebenden, und sämmtliche Kinder. Da sich aber begebe, daß von den Kindern eins, oder mehr, es seyn Söhne oder Töchter, todts verfahren wären, davon Kinder, oder auch Kinds-Kinder vorhanden : Sollen die zu ihres respective Groß- oder Elter-Vaters und Mutter hære-

hereditat mit gelassen werden, iedoch, daß sie nicht in capita, den Kindern gleich, sondern Stammen und Stelle ihrer Eltern und Groß-Eltern erben, und allein derselben Theil empfangen. So dann auch die Kinder alle in Gott entschlaffen, und Enckeln, oder auch neben denselben, Übrenckeln, oder dieselben allein in ungleicher Zahl übrig, succediren die gleicher gestalt ihrem Groß- und Elter-Vater oder Mutter, nicht in Häupter, sondern Stammen. P. III. Tit. III. art. 4. Da aber der Vater anderweit heyrathen wolte, muß er vor- und innerhalb vier Wochen, nach dem chelichen Beylager, mit Vorwissen und Consent zweyer seiner verstorbenen Hauss-Frauen nechsten Freunden, seine Kinder gebührlich abtheilen, dergestalt, daß er denselben entweder ihrer verstorbenen Mutter Braut-Schar und geerhte Güter mieder zukehren, und dieselben nach seinem Todt mit den Kindern anderer Ehe (wann dieselben gleicher gestalt ihrer Mutter Güter vorausgenommen) zu seinen Gütern in die Häupter succediren und erben lassen, oder, vermittelt eines leiblichen Eyds, ein beständig Inventarium aller seiner Güter übergeben, und seinen Kindern erster Ehe den halben Theil, oder da nur ein Kind vorhanden, denselben den dritten Theil aller Güter zu gänzlicher Abtheilung väterlicher und mütterlicher Güter versprechen und geben soll. P. III. Tit. III. art. 6. Da aber die Wittwe sich anderweit verehliget, soll sie vor dem Beylager mit ibren Kindern alle Güter theilen, dergestalt, hat sie zwey oder mehr Kinder im Leben, so wird das Gut in drey gleiche Theile gesetz, wortom die Mutter den einen, und die Kinder die zwey übrige empfangen; wäre aber nur ein Kind vorhanden, das Gut fällt an die Mutter, und halb an das Kind. P. III. Tit. III. art. 8. Stirbt einem Manne seine Ehefrau, und sie keine Leibes-Erben, von ihnen beyden gehobten, im Leben verlassen, sollen anfänglich alle Schülde gerechnet, und von den sammenden Gute abgezogen werden,

werden, was dann übrig befunden, davon behält der Mann zwey Theile, und giebt den nächsten Freunden seiner gewesenen Frauen den dritten Theil: scheidet auch nach dem Willen Gottes aus diesem Leben der Mann, und keine Kinder, so sie mit einander erzeuget, verläßt; die Schülde werden gleichberg stalt von dem vollen gemeinen Gute bezahlet, und was dann mehr in der Erbschafft verbunden, davon empfängt die Frau den halben, und die Freunde ihres verstorbenen Mannes den andern halben Theil, es wäre dann in der Eheberedung ein anders beliebet, auf welchen Fall soll, vermöge der auffgerichteten Ehezarter die Theilung geschehen, wie droben im andern Theil unter dem XI. Titul Art. 2. ferner verordnet ist.

§. XXI.

Inter fontes statutorum Hamburgensium ius Saxonum primo loco ponendum esse, supra me obseruasse, memini. Quae quum ita sint, facile intelligitur, ex iure Saxonico communionem bonorum in nostra ciiuitatis statuta manasse, idque ius, mutatis licet pro reipublicae ratione statutis, et ad iuris Romani normam quodammodo inflexis, ad nostra usque tempora propagatum esse. Iam, si ex legibus nostris uim ac potestatem accipit bonorum communio, consequens est, ut coniuges, illorumque heredes ac creditores etiam inuiti illa adstringantur, prouti docent articuli Statutorum supra allegati; nisi, pactis

pactis dotalibus rite confectis , aliud sit ab utraque parte prouisum, id quod Statutis nostris coniugibus permisum est , si neque ius publicum mutua eorum conuentione mutetur, neque ius tertii laedatur. (oo)

(oo) Statut. Hamburg. P. II. T. XI. art. II. *Wann Eberärtter zwischen Eheleuten seyn aufgerichtet, und von denen, die zur Verpflichtung dazu erforderet, seyn vollzogen, unterschrieben und versiegelt, so wird auch billig nach des einen oder andern Absterben, sowol zwischen dem nachgelassenen Ehemanne, oder seiner Witwe, und den Kindern, die sowol aus der ersten, andern und dritten Ehe gebobren, die Theilung nach den aufgerichteten Eberärttern billig gehalten; und seyn sowol der eine als der ander darnach sich zu richten schuldig, und ist damit der Witwe die Wahl zu dem Stadt-Recht, oder zu den Eberärttern sich zu ziehen; hiemit benommen, sondern muss dieselbe die Eberäarter folgen: et P. III. T. III. art. 8. Stirbet einem Manne seine Ehe-Frau, und sie keinen Leibes-Erben, von Ihnen beiden gebobren, im Leben verlassen, sollen anfänglich alle Schulden gerechnet, und von dem sammenden Gute abgezogen werden, was dann übrig befunden, davon behält der Mann zwey Theile, und gibbt den nächsten Freunden seiner gewesenen Frauen den dritten Theil; scheidet auch nach dem Willen Gottes aus diesem Leben der Mann, und keine Kinder so sie mit einander erzeugt, verlässt, die Schulden werden gleichvergeßt von dem vollen gemeinem Gute bezahlet, und was denn mehr in der Erbschaft verbanden, davon empfähret die Frau den halben, und die Freunde ihres verstorbenen Mannes den andern halben Theil. Es wäre denn in der Eheberedung ein anders beliebet, auf welchen Fall soll*

vermöge der aufgerichteten Ebzarter die Theilung geschehen; wie droben im andern Theil unter dem XI. Titul art. 2. ferner verordnet ist.

§. XXII.

Omnium uero bonorum, qualiacunque fuerint, hoc est *uniuersalem*, esse communio-
nem, quae inter coniuges Hamburgenses obtinet, cum ex uerbis Statutorum perspi-
cue patet, tum ex effectis eius, de quibus ill. BOEHMER in diss. saepe laudata de *com-
munione aeris alieni* §. IX. agit, luculenter potest intelligi.

§. XXIII.

Quemadmodum uero omnia utriusque coniugis bona, quounque titulo parta, tam praesentia, quam futura, tam hereditaria, quam adquisita hic communicantur, ita etiam, quae superstes, liberos ex defuncto coniuge habens, usque ad diuisionem adquirit, ad communia bona referuntur. (pp) Excipiuntur autem 1) ea, quae superstite improli obueniunt, quia tunc bonorum com-
munio non continuatur, sed diuisio solummodo differtur; (qq) 2) bona feudalia et fideicommissaria, quippe quae pro alienis haben-

habentur, nisi quoad fructus, (rr) 3) quae a defuncti parentis adscendentibus et collateralibus ad liberos deuoluuntur, (ss) quia liberi nunquam partem communio-nis faciunt.

(pp) Art. 4. et 6. T. III. P. III. statut. iam supra citati.

(qq) Art. 8. tit. et partis allegatae it. art. 10. *Wann der Ehe-Mann oder die Frau verstorbet, und keine Kinder von Ihnen geboren im Leben seyn, so hat der längst-lebende ein ganzes Jahr die Wohnung, auch aus den nachgelassenen Gütern seinen Unterhalt, neben seinem Gefinde, auch nach Gelegenheit und Zustand der Güter die Trauer-Kleider, es wäre denn anders in den aufgerichteten Ehe-zärtern beliebt, oder die Erben würden sich mit dem längst-lebenden innerhalb Jahres-Frist vergleichen, und sollen im vorgedachtetem Fall, auf der Erben Begehr, oder in Abwesenheit derselben von Amtsmegen, die Güter nach des einen Absterben, alsbald versiegelt und gebührlich inventariert werden.*

(rr) LAMBERTVS GORIS aduers. iuris tract. i. c. I. §. 33. et cap. III. WESEL de coniub. honor. societ. cap. I. §. 87.

(ss) Art. 4. T. III. P. III. stat. in fine. *In denen Gütern aber, welche den Kindern nach Absterben ihrer Mutter, von ihrem Gros-Vater, oder Gros-Mutter, oder andern Ver-mandten anerben, hat der Vater die niesliche Nutzung nicht, sondern wird dieselbe den Kindern vorbehalten.*

§. XXIV.

Ex his de specie, an, defuncto alterutro coniuge, bona hereditaria, coniugi super-stiti aliunde delata, ad diuisionem perti-

D 3 neant?

neant? facile iudicatur? Nam, quum post mortem alterutrius coniugis bonorum communio, si liberi ex matrimonio procreati sint, duret, et indiuisum patrimonium superstes retineat: non dubium est, quin communibus bonis adiiciatur, quidquid acquiritur ex hereditate, aliunde delata, et proinde in diuisionem ueniat.

§. XXV.

Iura autem et effectus condominii bonorum inter coniuges Hamburgenses non statim post *legeloyies* ecclesiasticam, sed facta demum consensione thalami, *dem Bettsprunck*, sese exserunt, quandoquidem illud matrimonium supponit, quod iure nostro perfectum non est, nisi ad benedictionem sacerdotalem consensio etiam thori accesserit. Nihil uero interest, utrum uerum sit matrimonium, an putatiuum, siquidem, quae communi iure ueris nuptiis insunt, ea putatiuis etiam, saltem intuitu coniugis innocentis et liberorum, inesse censemur. (tt) Neque minus diuersa est nostra communio a Lubecensi et Luneburgensi bonorum communione, quippe quae non incipit, nisi uxore prole ditata. (uu)

(tt) uid.

- (tt) uid. HERTIVS de matrim. putatiuo §. 21. 25.
 (uu) V. C. AM. CHR. DORN in *singulare programmata;*
 in quo de causis huius dispositionis Lubecensis agit;
 et Perill. FRIDER. ESALAS PVFENDORFF obf. iur. uniu.
 LXXXVI. §. XI.

§. XXVI.

Etsi uero, matrimonio legitimo contra-
 sto, bonorum communio inter coniuges
 Hamburgenses constituatur: tamen, illo
 morte diremto, non dissoluitur. Qua in re
 societas bonorum coniugalis a societate quae-
 stuardia maxime differt, quae, mortuo socio,
 non continuatur. (ww) Superstes enim
 coniux iure dominii bona communia reti-
 net, nec diuidere illa cum liberis tenetur,
 nisi ad secundas transeat nuptias. (xx) In quo
 pleraequae ciuitatum leges conueniunt. (yy)
 Exploratum quoque est, iure vieteri indiui-
 sum omnium bonorum dominium, soluto
 matrimonio, marito superstite, uel, hoc de-
 functo, uxori cessisse, (zz) quod deinde ad
 eum casum restrictum est, si liberi superes-
 sent. (aaa) Ex quo consequi uidetur, ut
 liberis nullum competat in bonis communi-
 bus dominium, neque uiuis parentibus, ne-
 que post fata alterutrius, quam diu scilicet
 superstes in uiduitate manet, nec diuisionem
 bono-

bonorum cum liberis instituit. Superstitione enim dominium bonorum usque ad subsecutam diuisionem uindicant stat. MÜHLHVS. Lib. IV. art. 20. §. 1. his uerbis: *Kommen zwey Personen ohne Kinder zusammen, in rechter Ehe, und erzeugen in derselben Ehe Kinder mit einander, stirbet alsdenn derselben Eheleute eins, so behelt das überbleibende die väter- oder mütterliche Gewalt über die mit einander erzeugte Kinder, und bleibt nach Anweise untengesetzter Willkür ein HERR ALLER GÜTER, welche sie beide nach der Einsegnung oder Priesterlichen Trauung und beschrittenen Ehe mit einander zusammen gebracht, erworben, ererbet und besessen haben.* Hoc paulo clarius explicatur §. 2. Und haben die Kinder keine würckliche Anforderung an solchen Gütern, so lange der überbleibende Vater oder Mutter am Leben, und im Witwenstande bleibt. Nemo igitur dubitauerit, quin in hanc quoque sententiam explicanda sint Statutorum Hambugensium capita P. III. T. III. art. 3. Stirbet einem Manne seine Ehe-Fraue, und er mit derselben Kinder gezeuget, die noch im Leben seyn; bleibt der Mann Witwer, und stirbet seinen Dingen recht vor, so mag er nicht genöthiget werden, bey Leben die Güter mit seinen Kindern zu theilen, iedoch soll

soll er schuldig seyn, denselbigen nothwendige Alimenta, sowol auch, wann es die Zeit und ihre Iahre erfordern, ein billiges Heyrathgut und Aussteuer, Gestalt und Gelegenheit der Güter nach, zu geben. Idem art. V. de matre sancitum est.

(xxv) L. LXXI. §. 9. D. pro socio.

(xx) STAT. HAMB. P. III. T. III. art. 3. et 5. ipsi §. inserti it. 6. supra iam quoad uerba huc probantia descripto.

(yy) Exemplum praebeant Statuta Mühlhusina. L. IV. art. XX. §. 1. et 2. quorum uterque in nostro §. XXVI. legendus exhibetur.

(zz) CAR. A MEAN *Iur. Leod.* T. I. obs. 51. et 110.

(aaa) REFORMAT. FRANCOF. P. V. T. V. art. 9. et 10. BESOLDVS in d. ad ius prouinc. Würtembergie. T.V. p. 145. n. 6.

§. XXVII.

Venimus igitur ad quaestionem, magnis saepe partium contentionibus in foro agitata, quae difficiles saepe explicatus habet, et in supremo Camerae Imperialis iudicio nondum decisa est: an liberis post obitum alterutrius parentum ius aliquod in bona competit. Operae pretium erit, argumenta, quae in utramque partem afferri solent, expendere, eaque paullo accuratius inter se conferre. Alii enim liberis post obitum unius parentum, siue pater fatis concesserit, siue mater, uerum, perfectum et praesens

E

in

in bonis communibus dominium de iure Hamburgensi adsignant. Alii uero contendunt, liberos in spei tantum, non rei communione constitutos esse, nec plus iuris, mortuo alterutro parente, consequi, quam antea, uiuo adhuc utroque, habuerint. Ex quo colligunt, nihil iuris eos in bonis parentum, uel ad heredes, uel ad creditores suos, quamdiu nondum sunt separati, transmittere, quia spes nunquam ad heredes transmittitur.

§. XXVIII.

Vt ius liberorum in bonis parentum statim post mortem alterutrius euincatur, ex ipsis Statutis Hamburgensis maximum sententiae praesidium peti solet. In illis enim P. III. T. III. art. I. ita scriptum est: *So zwey Personen in den Ehestand zusammen treten, und mit einander Kinder zeugen, stirbet nach dem unwandelbaren willen des Allmächtigen ihrer beiden eins, alle Erb und Güter fallen auf den längstlebenden, und ihre sämtliche Kinder.* Nam quum parens superstes et liberi hic iungantur: inde colligunt, ius haereditatis, quod parenti tributum est, eodem modo etiam liberis competere debere.

§. XXIX.

§. XXIX.

Aiunt ergo 1.) uerbi: *fallen*, eam uim esse, ut liberis ius in hereditate communi quaeratur statim, ex quo mater decedit, non tum demum, quando pater ad secunda uota transit, quemadmodum patri statim, prae-mortua coniuge, bona deseruntur; 2.) uxorem superstitem liberis tutores, a quibus bona consignentur et administrentur, constituere, et secundum hoc ipsum inuentarium, tempore secundarum nuptiarum iureiurando confirmandum, diuidere bona cum liberis debere, (bbb) idque satis arguere dominium liberorum circa hereditatem paternam ante, quam mater ad secundas transeat nuptias; 3.) matri superstiti usumfructum relinqui bonorum, quae ad liberos deuoluta sunt, proprietate scilicet ad liberos pertinente, *per l. l. C. de bonis maternis*; 4.) ipsam divisionem, suo tempore instituendam, dominium liberorum satis demonstrare, et, quamvis liberi ad illam prouocare ante nequeant, quam parens superstes ad secunda uota progrediatur, tamen non ipsum ius eorum, sed expositionem tantum suspendi; addunt denique 5.) matrem superstitem et tutorum

E 2

con-

consensu indigere ad transferendas sortes,
sive summas pecuniae, manifesto dominii
indicio, quod liberis in bonis communibus
competat.

(bbb) STATUT. HAMBVRG. P. III. T. III. a. VI.

§. XXX.

Summa igitur rationum, quae hacte-
nus sunt recensitae, eoredit, ut dominium
hereditatis paternae statim ad liberos deuolu-
uatur, ex quo pater e uiuis excesserit, ex-
actionis tantum tempore suspenso. Vnde
porro conficitur, liberos, ante diuisionem
bonorum communium defunctos, ius istud
et dominium ad quoscunque heredes, etiam
extraneos, transmittere. Nam, si dies ces-
sit, ex quo tempore pater uita funetus est,
non potest non id, quod ex die debetur, ad
heredes transmitti, etiamsi dies petendi non-
dum uenerit. L. 22. §. 1. ff. quando dies legat. uel
fideicommiss. ced. (ccc)

(ccc) u. omnino Consultiss. quondam in urbe patria causa-
rum Patroni et auunculi nostri b. Lic. Petri Benzen diff.
inaug. sub titulo : *Triga Casuum Praeficor. Iure Ham-
burg. maxime controuersi. Groningae 1721. habitam, casu
primo.*

§. XXXI.

§. XXXI.

Habent uero alii, quibus alteram tueruntur sententiam, et quae ad argumenta enarrata respondent. Nam, quamuis 1.) uerbum: *fallen*, in iis *Statutorum Hamburgensium* articulis in quibus de successione ab intestato agitur, procul dubio de iure hereditario accipitur: tamen in articulo 1. et sequentibus *T. III. P. III.* qui de bonorum communione et liberorum separatione loquuntur, nihil aliud isto uocabulo, quam ipsa futura rerum communium diuisio significatur. Et quomodo *fallen* hic de iure hereditario intelligi potest, quum superstes coniunx non praedefuncti tantum, sed et sua bona cum liberis diuidat, per *Tit. III. art. 4. et 6. P. III.* quia notum, quod uiuentis nulla sit hereditas? Nec 2.) tutorum constitutio, et inuentarii confessio bonorum communionem post mortem patris tollit, aut ius, liberis quae situm, in bonis communibus probat, quia pater superstes neque tutores liberis constituit, neque ad inuentarium constituendum obstrictus est. Alia ergo ratio suasit, ut tutores liberis constituendi necessitas matri uiduae sit imposita.

3.) *Vsusfructus bonorum matri uiduae re-*

E 3

linqui-

linquitur, non in sensu iuris Romani, sed ex iuris Germanici principiis, qui ex materna in liberos potestate, et ex ipsa bonorum communione proficiscitur. (ddd) 4.) Accedit, quod neque pater, neque mater superstes ad bona communia cum liberis diuidenda iure Hamburgensi obstringatur, nisi, quando alterutra ad secunda uota progrederit, id quod odio secundarum nuptiarum apud Germanos sancitum esse, nemo dubitat; aut bona in detrimentum communioonis dissipare incipit. (eee) Arbitrio igitur superstitis si relictum est, utrum secundas contrahere nuptias et diuidere bona uelit, nec ne, iure dominii bonis, cum defuncto coniuge possesis, incumbit, et bonorum communionem usque ad mortem continuare potest. (fff) Verum denique 5.) est, matrem superstitem sine consensu liberorum et tutorum nullam sortem, sive summam pecuniae, tabulis publicis inscriptam, in alium transferre posse. Huius uero rei causa non est condominium liberorum, sed lex, quae ex bonis hereditariis sine consensu eorum, qui proximam succedendi spem habent, quidquam alienari uetat. (ggg)

(ddd) uid.

(ddd) uid. 10. GOTTL. HEINECCIVS in diss. *de usufructu materno iuris germ.* §. 25. sqq. FRID. ESAIAS PVFENDORFF obf. Iur. uniuersi cap. XCVIII.

(eee) STAT. HAMB. P. III. T. III. art. 5.

(fff) DAVID MEVIVS *comment.* ad *Ius Lubec.* art. 2. T. II. L. II. n. 49. 50. et ad a. 8. n. 6.

(ggg) STAT. HAMB. P. III. T. III. art. 4.

§. XXXII.

Iam, si nostrum hac de quaestione iudicium interponere liceat, iure Germanico, ex cuius fontibus argumenti de communione bonorum declaratio petenda est, sententiam posteriorem magis, quam priorem comprobari, existimamus. Sane nimis clarus et apertus est locus in Statutis Mühlhusinis, quem §. XXVI. in medium adduximus, quam, ut de dominio coniugis superstitis solitario dubitari possit. Et quis superstitem coniugem partem suam bonorum, quae iure condominii indiuisim constante matrimonio posedit, altero defuncto, iure hereditatis capere credat? Vnde uerbum: *fallen*, non de hereditate, sed de futura diuisione non potest non intelligi, quemadmodum in art. 6. P. III. Tit. III. dicitur: *Das Gut fällt halb an die Mutter und halb an das Kind*, id est, mater binuba, et filius diuidunt bona communia in aequales partes.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Communicantur uero ipso iure omnia omnino bona, aequa ac in societate uniuersali, quia rerum singularium traditio admodum difficultis foret, exceptis nominibus, quippe quae cedenda sunt, quum ossibus inhaereant.

§. XXXIV.

Quod ad aes alienum attinet, distingendum est, utrum sit ante matrimonium, an post illud contractum. Quodsi enim, priori casu supposito, uiro, iam aliquantum debenti, nuperit mulier, uidendum est, an bona fide matrimonium initum sit, et, constante demum matrimonio, aeris alieni moles creuerit. Tum enim debita antem matrimonialia inter coniuges simpliciter communicantur, (bbb) quia res cum onere transit, et bona non diuiduntur, nisi deducto prius aere alieno. Moto uero creditorum concursu, uxor pro debitibus mariti, ante matrimonium contractis, non tenetur. (iii) Quodsi uero maritus ante celebratas nuptias aere alieno ita fuerit oppressus, ut nihil proprii amplius habuerit: tunc debita eius inter coniuges nequaquam communicantur. (kkk)

(bbb) STA-

(chb) STAT. HAMB. P. II. Tit. XI. §. ultimo. Würden der Wittwen (welche, nach ihres Ehe-Mannes tödlichen Abgange, alle am Sterb-Tag im Sterb-Hause und sonst vorhandene, und ihrem verstorbenen Ehe-Manne, und ihr zugehörige beschwerte Güter, ihren Creditorn hat abgetreten) Eltern oder verwandte Freunde dieselbe aus ihren eigenen Gütern wiederum aufzusteuern: so können nach des verstorbenen Ehe-Mannes Creditorn so wenig die Wittwe, als auch ihren andern Ehe-Mann, ferner nicht besprechen. Da aber die Wittwe und ihr ander Ehe-Mann sich des ersten Ehe-Mannes Güter, es sey viel, oder wenig, bereißlich angemessen hätten: so seyn sie auch auf den Fall zu den nachstehenden Schulden des ersten verstorbenen Ehe-Mannes Creditorn zu antworten verbunden.

(iii) STAT. HAMB. P. II. T. V. art. 10. Wiewohl nach gemeinen beschriebenen Kayserl. Rechten die Ehefrau, ihres eingebrachten Brautschatzes wegen, und daher rührrenden stillschweigenden Verpfändung, in ihres Mannes Gütern vor allen andern Creditorn, ob sie gleich ältere stillschweigende Verpfändungen hätten, vorgezogen werden: So wollen wir doch zu Handhabung gemeinses Nutzens, Trauens und Glaubens, und zu Beförderung der Handthierung, auch weil es biebevor in dieser Stadt üblich also gehalten worden, biemit geordnet haben, daß die Frauen ihres eingebrachten Brautschatzes halben, in ihres Mannes Schulden, so in stehender Ehe gemacht, nicht allein keinen Vorzug haben, sondern, daß auch derselbe Brautschatz, wie dann ingleichen alle andere ihre in stehender Ehe angeerbte Gütere vor ihres Mannes Schulden gänzlich haften, und gehalten seyn sollen. Was ihr aber nach ihres Mannes Tode, oder auch, nachdem derselbe entwichen, an stirbet, dessen hat sie billig sampt ihren Kindern zu genießen, und haben ihres Mannes Creditorn keine Forderung oder Zuspruch daran, es sey dann, daß sie sich anders ver-schrieben.

(kkk) P. II. T. V. art. II. Da auch iemand binnen dieser Stadt ihm eine Wittwe, oder Jungfrau vertrauen hieße, und bey der Verlobniß sich seiner Güter böher, als dieselben werth seyn, berühmte, oder aber auch keinen Brautschatz nahmkündig gemacht hätte, und er darnach dergestalt in Schulden vertieffet befunden würde, daß er nach Ablegung derselbigen nichts eigenes gehabt, oder auch seinen berühmten Brautschatz nicht frey einbringen könnte: so sollen der Jungfrauen, oder Wittwen Güter vor die Schuld, so vorhin gemacht, sie haben in mehrender Ehe Kinder mit einander erzeuget, oder nicht, keinesweges gehalten oder verpflichtet seyn, und soll derselbig seiner Hauf-Frauen Haupt-Stul ohne der Freunde Willen zu beschweren nicht mächtig seyn.

§. XXXV.

Iam non immerito quaeritur, an uxoris etiam, quae diuitias mentita est, aes alienum, ante matrimonium contractum, communi-
cetur? Sunt quidem, qui hoc affirmant, tum propter art. 7. T. II. P. II. Statut. (III) et Recesum Hamburgensem de anno 1618. (mmm) tum propter articulum ultimum T. XI. P. II. (nnn) eo, quod maritus sibi imputare debeat, quod ante nuptias contractas in conditionem uxoris diligentius non inquisuerit. Sed quum aequum sit, marito quoque ius illud concedi, quod uxori, marito aere alieno obruto, relinquitur, nec idonea discriminis ratio afferri poscit, nec ex articulis ipsis marito id onus impositum suisce apparet;

II. I. (mm)

reat; rectius hanc quaestionem negandam esse, arbitramur.

(III) Verba allegati articuli haec sunt: *Welcher Mann dem andern leibet sein Pferd, Kleid, oder mas es für Gut sey, und auf wasserley Weise er das aus seinen Webren läßt, mit seinem Willen, und verkaufft es derienige, der es in seinen Webren hat, oder versetzt er dasselbige, oder wird es ihm geraubet, oder abgestohlen: So mag derienige, der es erstlich verlihen oder versetzt hat, darauff wider den Einhaber desselben, mofern derienige solches mit guten Tival an sich gebracht, keine Forderung haben, sondern muß sich deswegen an denselben, welchen er es geliehen oder versetzt hat, oder, so derselbige verstorben, an dessen Erben halten.*

(mmm) Ita enim Recessus hic in art. 7. restrictior tamen antecedente articulo, loquitur: *Wann aber einer mit einer Jungfrauen oder Wittiben sich ehelich eingelassen, und demselben ein genannter Brautschatz zugesaget, und darauf die Ehe-Gelöbniss versprochen, der Brautschatz aber nicht folgen mag, so kan in diesem Fall nach gehaltener Hochzeit die Trennung keine statt haben, sondern es muß derselbe, die er hat genommen, behalten, aber vor der ehelichen Copulation und dem Beylager kan die Verlöbniss getrennet werden.*

(nnn) Verba huius articuli ad §. praecedentem sunt allata.

§. XXXVI.

Posteriori casu mariti tantum debita matrimonialia inter coniuges communicantur, si moles aeris alieni durante demum matrimonio creuerit, non autem, si iam ante matrimonium exstiterit, uti in Statutis Hamburg.

burg. P. II. T. V. art. II. cauetur! Verba enim: vorhin gemacht, generalia sunt, nec de aere alieno, a marito in ipso matrimonio ante compertum dolum contracto, loquuntur. Vnde multo minus mariti debita post compertum dolum non communicantur. (ooo) Vxoris tamen debita, constante matrimonio contracta, non communicantur, nisi uel consentiente marito contraxerit, uel in usum rei familiaris aliquid comparauerit, uel etiam mercaturam exerceat. (ppp) Quidquid uero aeris alieni coniux superstes contrahit, quamdiu communioni incumbit, illud indistincte communicatur. (qqq)

(ooo) uid. art. II. P. II. Tit. V.

(ppp) uid. art. I. T. VIII. P. II. Stat. Eine Frau, die Kauffmannschafft gebraucht, offene Laden und Fenster bält, mit Gewicht aus- oder einwieget und mißt, soll pflichtig seyn, dasienige, so sie kaufft oder verkaufft, zu zahlen und hefferen. Die aber, so der Kauffmannschafft nicht zugethan, kan ohne ibres Mannes, oder iibrer Vormunder Wissen und Vollbort, außerhalb Linnemandt und Flachs, zu des Hauses Nothdurfft gehörig, nichts beständlich contrahieren. Hätte sie aber ohne Consens ihres Vörnundts etwas auffgeborget, oder gekaufft, soll dem Gläubiger verstatet werden, iibr das oberste Kleid abzunehmen, bis daß er bezahlet ift.

(qqq) uid. art. 4. et 6. Tit. III. Part. III.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Vti maritus familiæ caput est, ita ipsi soli bonorum communium administratio competit, donec communio tollatur. Ex quo sequitur, ut uxor inuito marito regulariter nihil contrahere queat, quemadmodum §. praecedente diximus. At, si male bona administraret maritus, operam dare debent uxor, eiusque cognati proximi, ut malo huic tempestiue occurratur. (rrr) Quando uero maritus ante sublatam communionem cum liberis decedit: tunc uidua eius, quippe quae utrumque coniugem usque ad diuisionem repraesentat, administrationem pariter ac communionem bonorum usque ad diuisionem continuat, licet propter sexus imbecillitatem uiduae magis, quam uidui potestas administrandi sit circumscripta. (sss)

(rrr) Artic. II. cit. in fine. Recess. de a. 1603. art. 14. *Van befriedem Erffgude. Welck Man mit siuer Frumen oft Jungfruen in düßer Stadt Erffgut befreyet, oder entfanget van wegen seiner Huesfruen, dat up se fallet, de mach dat sampt siener Husfruen wol gebrucken tho allem besten, be merde beervet oft unbeervet, wer averst vordechtig mit Erffgude händelt, de fründe, dar dat Erffgud allenthalven tho rechte upfallen mach, scholen Upseebent bebbien, dat sodbane Erfgud ahne Noeth am Hövetstoel möge ungekrencket bliven, wente de Man iß fines*

sines wohlgewunnen Gudes tho vorgevende mechtig, dat ock denne de Erfgüder tho rechter Linien langen, dar se billigh henne gebören, idt wehre, dat ad pias causas vermöge Stadt-Rechtems sub Tit. von den Legaten Articul 2, etwas gegeven wehre, dat mochte billig folgen, wurde ock jemand befunden, de keine lives Erven heade, und den andern Erven thom vörfange sine Güdere etlichen siner Erven heimlich thon handen brachte, und sible darnha dat Erfgudt up den, de desß by Levende bewislich genaten hedde, de schölen, watt se also heimlich an sich gebracht, sampt ihren Erven in der Erfddehlinge entbehren.
 (sss) P. III. Statut. T. VI, art. 5.

§. XXXVIII.

Varius et multiplex usus est bonorum communionis inter coniuges Hamburgenses. Hac enim cauetur, ne animorum inter coniuges concordia quotidianis de meo et tuo iuriis turbetur, et coniux superstes a liberis in illa inquietetur, modo bene in administratione bonorum uersetur. Hinc superstiti facultas concessa est, quandocunque ipsi libuerit, ad diuisionem prouocandi, (ttt) quae liberis plane praecisa. Nec superstitis solum coniugis fauorem respicit communio bonorum, sed etiam commerciis multum ad fert utilitatis. Haec enim facilius coluntur, si mulieres interuentiones non sunt metuendae.

(ttt) STA-

(tit) STATUT. HAMBVRG. P. III. T. III. art. 3. et 5. iam su-
pra uerbotenus expositi.

§. XXXIX.

Itaque coniuges omni rerum suarum dominio prorsus priuantur, quod communioni cedit, nec unquam reuiuiscit. Sic soli communioni incumbunt, et quidquid adquirunt, soli communioni adquirunt. Hinc lucri et damni communio: hinc aeris alieni communio: hinc portio statutaria, licet alter coniugum nihil intulerit.

§. XL.

Ex quibus facile solui potest quaestio: an donationes inter coniuges, salua bonorum communione, fieri queant? Solent enim coniuges amoris testandi gratia diebus natalibus, aliisque apophoreta, strenas, aliaque munuscula sibi inuicem offerre. Quamuis uero iure Rom. donationes inter uirum et uxorem sint prohibitae; (uuu) nihil tamen obstatre video, quo minus leuia munuscula amoris testandi gratia dare et accipere coniugibus nostris liceat. Vti enim eiusmodi munusculis bonorum communio haud tollitur: ita iuri pro se introducto unus-

unusquisque coniugum renunciare potest,
 Et ita a Perillustri et Magnifico Senatu hoc
 ipso anno iudicatum esse, memini in causa
Simon, Supplicantis contra Muhlen Witwe, Supplicatio,
 in qua ille munuscula strenasque eiusmo-
 di, a marito uxori sensim donatas, inualidas,
 adeoque statutariae diuisioni obnoxias, sed
 frustra, contendebat.

(uuu) L. I. §. 1. D. de donat.

§. XLI.

Vidimus, quemadmodum bonorum com-
 munio inter coniuges Hamburgenses consti-
 tuatur. Iam superest, ut, quibus modis illa
 restringatur, uel finiatur, ostendamus. Quum
 mutua coniugum conuentione bonorum
 communio euitari, uel arctioribus limitibus
 circumscribi possit: facile intellectu est, illam
 uel ante, uel post nuptias celebratas in pa-
 ctis dotalibus restringi. Ut uero id, quod
 inter coniuges actum est, ualeat, STATUTA
 nostra requirunt, ut heredes renunciationi
 subscriptant, eamque ratam habeant. (xxx)
 Nec creditores eorum communes obstrin-
 guntur, nisi publicata fuerit renunciatio, uel
 restrictio, et iis satisfactum. (yyy)

(xxx) STAT.

(xxx) STAT. HAMB. P. II. T. XI. art. II. iam supra allato.

(yyy) uid. IO. A SANDE L. II. decis. Frisic. T. V. def. 8.

§. XLII.

Quum iustum matrimonium fundamen-
tum sit bonorum communionis: (**§. XIX.**)
facile patet, solui illam, quando nullum de-
claratur matrimonium uel ob impotentiam
alterutrius coniugis, uel ob incertas nuptias,
uel ob deficientem consensum legitimum.

§. XLIII.

Soluitur porro bonorum communio
1.) uiuente adhuc utroque coniuge; 2.) mor-
te alterutrius; 3.) diuisione; 4.) turbato mor-
talitatis ordine, et denique 5.) morte super-
stitis, de quibus adhuc dicendum est.

§. XLIV.

*Viuente adhuc utroque coniuge bonorum com-
munio cessat, 1.) ob renunciationem, constante
matrimonio factam, (**§. XLI.**) 2.) ob adulter-
rium et malitiosam desertionem; (zzz) 3.) ob
domicilium alio translatum, siquidem statuta
nostra, ex quibus uim et potestatem unice
accipit, extra territorium haud obligant.*

(zzz) STAT. HAMB. P. III. T. III. art. II. *Ein Weib, so ihrem Manne
bey seinem Leben untreu geworden, und solcher Untreht gnugsam
überzeuget, hat nach Absterben des Mannes aus den Gütern mehr
nicht zu fordern, dann, was etmann derselbe ihr aus guten Wil-
len gegeben und verordnet.*

G

§. XLV.

§. XLV.

Morte alterutrius coniugis finitur communio bonorum, si nullos liberos reliquit defunctus; diuiduntur enim bona communia cum defuncti heredibus legitimis iuxta praescripta statuta P. III. T. III. art. 8. quem iam supra inseruimus. Relictis autem ab eo liberis, superstes bonorum communionem solus continuat, et ad finem perducit. (aaaa)

(aaaa) Stat. P. III. T. III. art. 3. et sqq. quos iam lectoribus nostris exhibitos dedimus.

§. XLVI.

Quod ad diuisionem obtinet, qua tolli diximus bonorum communioem, illa est uel voluntaria, quando superstes cum liberis sponte sua bona communia diuidit; (§. xxxviii.) uel necessaria, si ob malam administrationem, aut secundas nuptias ad diuindenda bona cogitur. (bbbb)

(bbbb) Stat. P. III. T. III. art. 3. 4. 5.

§. XLVII.

In bonis communib[us] sunt res mobiles et immobiles, quarum diuisiō instituenda est. Quaenam uero ratio eius ineunda sit, et an res mobiles in natura diuidi debeant, uel aestimatio surrogari in locum earum possit, paucis uideamus. Circa diuisionem rerum immobilium diserte aestimatio admittitur in STATUTIS. (cccc) Res mobiles uero prætia taxatione in natura per sortem esse diuindendas, iudicatum esse nouimus anno praeterito, in causa Simons, Supplicantis contra Muhlen W. Supplicatio.

(cccc) STAT. HAMB. P. III. T. V. art 2.

— §. XLVIII.

Oritur quoque circa diuisionem bonorum quaestio de iis, quae a parentibus antea ex communib[us] bonis pro-

profecta sunt, conferendis, de qua haud ita pridem in foro disceptatum esse memini. Species erat talis. Caius et Antonia, coniuges, filiam Tulliam Sempronio nuptum collocant, data in dotem summa 500. imperialium. Mortua Tullia, quae filiam reliquerat, et Caio itidem defunctorum, Antonia ad secunda uota properat, et diuisionem cum nepte Tulliola inire cupit. Sed quaerebatur, an Tulliola, quae mater in dotem acceperat, conferre debeat.

§. XLIX.

Quamvis uero nepotes in hereditate aut ea, quae parentes eorum acceperunt, (dddd) conferre teneantur, existimarem tamen Tulliolam in hac specie dotem, quam mater accepit, conferre non debere. Statuta enim ea bona diuidi iubent, quae tempore diuisionis in communione existunt. Inter ea uero reputari nequeunt, quae per constitutionem dotis iam ante bonis communibus sunt exenta. Accedit, non adesse coheredem, cum tamen inter coheredes tantum locum habeat bonorum collatio. Autem enim proprie coheres dici nequit, quia non iure hereditatis, sed iure communionis succedit, et portionem suam recipit.

(dddd) l. 7. D. l. 17. et l. 19. C. de collat. bonor.

§. L.

Turbato mortalitatis ordine soluitur bonorum communionio, quando omnes liberi fato superstitem anteuertunt, siquidem tunc omnia bona communia superstes retinet.

§. LI.

Denique mors hanc bonorum communionem soluit, si cum liberis decedat superstes. Ultimus enim tunc claudit ianuam, et liberi bona parentum communia iure hereditario consequuntur.

* * *

G 2

MOLT'

MOLT' ILLVSTRE ED ECCELENTISSIMO
SIGNOR
LICENZIATO KROHN.

Benche non lungo tempo fa, ch'io goda l'onore della di Lei pretiosa ed aggradeuole conoscenza, ella m'ha perd' dati tanti segni d'amicizia e beneuolenza, che non sò di qual maniera possa riputarmene dechno, e molto meno rendergliene il debito contracambio. Incontro dunque, con mio sommo piacere, questa propizia congiuntura di fargliene publicamente i miei ringraziamenti, come anche di presentarle i miei sinceri anguri nel presente successo del grado dignissimo di Licenziato d' ambe le leggi, da Lei meritamente e con molto applauso conseguito in quest' alma uniuersita di Giena. Vorrei qui far mentione delle di Lei eminenti qualità e prerogative, di cui ella si troua ornata, ed in specie delle scienze e delle fauelle straniere, mà lo tralascio à bella posta, si per esser ciò più che noto alla repubblica letteraria, come anche per non offendere la di Lei solita modestia. Degrassi per tanto d'aggradire in queste tenui espressioni 'l mio buon animo, tutto uotato a' di Lei seruzi; Compiacciasi altresì, ne la prego, d'onorarmi uia più della di Lei pretiosa amicizia e singolar fauore: Mentr'io Le protesto ingenuamente, ed à cuore aperto, che non solo riuerrò in ogni tempo, come debbo, il suo gran merito, mà che farò sempre con tutta la stima e suisceratezza possibile

DI V. S. MOLT' ILLUSTRE ED ECCELENTISSIMA

Giena, 4. Settembre,


1747.

Vmiliſimo ed obligatissimo
ſeruidore

STEFANO WERNERO di DEWITZ,

Caualiere di Mecklenburg.

OPPONENTE.




Km 2191

Vd
18

ULB Halle
007 678 630

3





C.27. num.14

FRANCISCI GOEDERI KROHNII
I. V. L. ET ADVOCATI HAMBVRG.
COMMENTATIO IVRIDICA
DE
BONORVM CONIVGES
INTER HAMBVRGENSES
COMMVNIONE,

Oder:

Bon gemeinschaftlichen Gütern unter Ehe- Leuten und deren besondern Rechte.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE M DCC L.

